

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**


**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

In occasionem. Emblema CXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

In Occasionem.  
EMBLEMA CXXII.



ΔΙΑΛΟΓΙΣΤΙΚΩΣ.

**L**YSIPPI hoc opus est, Sicyon cui patria. Tu quis?  
 Cuncta domans capti temporis articulus.  
 Cur pinnis stas? Vsq̄ue rotor. Talaria plantis  
 Cur retines? Passim me leuis aura rapit.  
 In dextra est tenuis, dic, vnde nouaculum? Acutum  
 Omni acie hoc signum me magis esse docet.  
 Cur in fronte coma? Occurrens vt preudar. At heus tu,  
 Dic, cur pars calua est posterior capitis?  
 Me semel alipedem si quis permittat abire,  
 Ne possim apprenso postmodò crime capi.  
 Tali opifex nos arte tui caussa edidit, hospes:  
 Vique ovaues moneam, pergula aperta tenet.

COM-

COMMENTARI I.

**L** GLOBO insisit mulieris statua, ferè nuda, pedibus alatis, fronte capillis longissimis luxuriare, parte postica caluas; manu gerens acutissimam nouaculam; & talem Lysippus effinxit Occasionem:

**II.** ID sumptum ex Græco Posidippi Epigrammate, quod sic habetur: lib. Antholog. tit. εις καιρον.

*Fons Emblematis.*  
 Τις ποθεν ο πλασυσ σικυωνιος ονομα  
 δη τις;  
 λυσιππος αυ δε τις; καιρος ο παν-  
 δαματωρ.  
 τιπτε δ' απ' αυρα βιβηκασα ει τροχαιο-  
 τι δε παρσες  
 προστιν εχες διευεις; ιπταμ' οπνη-  
 μιοσ.  
 χριπ' δε δεξ' επι τη τι φειρεσ ευρον; ανδρα  
 σι δεγμα,  
 ως α κλησ πασθσ; οξυτερος τελθω.  
 η δε κόμη, τι κατ' οφθ' ο παντιασ αντι  
 λαβισθαι.  
 νη δια τ' ιξοπιθεν προς τι φακακρ.  
 πιλεις;  
 τον γαρ αταξ πτηνοισι παραδριξαντα  
 με ποσιν.  
 ετισ εδ' ιμειφων δραξεται ιξοπιθεν.  
 τοιον ο ταχυιτης με δε μλασεν εινελεν  
 υμλων  
 ξενη, και εν προθυροισ θηκε διδασκα-  
 λην.

Multi hoc epigramma Latino carmine donarunt, suo quisq; modo. Sanctius ut intelligi duntaxat Græcum possit, fere verbum verbo, & versum versui ut respōdeat curauit:

*Persio*  
*Sanctij.*  
 Quis figulus? Sicyonius. Huius nomina  
 profer.  
 Lysippus. Quis tui Occasio cuncta domās.  
 Cur pinnis stas? Vsq; rotor. Cur accipis alas  
 Sub pedibus geminas? Vt leuis aura volo.  
 At dextra unde nouacula sit? Mortalibus  
 omni  
 Sic acie ostendo sim quod acuta magis.  
 At quæ cur velut vultus? Sic obuia pren-  
 dor.  
 Cur villis capitis posteriora carent?  
 Si semel alatis homines effugero plantis,  
 Ne possim parte hac posteriore capi.  
 Tali opifex vestra me finxit imagine cas-  
 sa.  
 Hospes, & ante fores, ut moneam, posuis.  
 Minos sic eleganter, ut omnia reddidit:

*Versio*  
*Minois.*

Quis vnde plastes? Sicyonius. Nomē verò quod?

Lysippus. Tu verò quis? Occasio omnia domans.

Cur vero summis pedum vnguibus incedis? Semper rotor. Quid verò alas pedibus habes bifformes? Volito leuis.

Manu de xtra quid fers nouaculā? Homi- nibus documentum,

Quod acie omni acutior sum.

Coma verò quid versus faciem? Vt à pra- ueniente capiar.

Per Iouem, posteriores partes [capitis] ad quid caluas sunt?

Nam semel pennis currentem me pedibus Nullus deinceps expectens prehendet à tergo.

Talem me artifex effinxit vestri gratia, O hospes, & in vestibulis posuit adhorta- mentum.

Quis finxit plastes? Sicyonius. Dic age no- men.

Lysippus. Tu quis? Sū Dea cuncta domās. Cur summis pedibus gradieris? Semper ro- tor. Alas

Cur talis habeas? Nemo leuis volito. Cur dextra tibi acuta nouacula? Acutior omni

Ipsa acie, prostant hac documenta viris. Quid crines in fronte? Capi à venientibus ultro

Possū. Quid caluum est occiput? Ipsa refer.

Nā sic pennatis volitantem prendere plantis A tergo nullus vel citò me potis est.

Talem me artificis finxit manus, hospes, in omni

Vestibulo, cunctos scilicet ut doceam. Eisdem versus Auctor Chiliadum, in pro- uerbio, Nosce tempus. paraphrasticòs red- didit, id est, mufa paulò fusiore, hoc modo:

Quæ patria artificis? Sicyon. Quo nomine? Nomen

Lysippo dictum est. Ipse quis es? loquere. Chilia- dum.

Illā ego cuncta domans Occasio. Cur, age, pinnis

Insilis? Voluorq; ac rotor assidē. Cur gemina in pedibus gestas calatna? Di- cam:

Huc illuc volucrem me leuis aura rapit. Quid dextra sibi vult inserta nouacula?

Signum hoc.

Quod

Quod quavis acie sim magis acuta, docet.

Tecta capillitio facies quidnam admonet? Illud,

Quisq; uti me, quoties offeror, arripiat. Cur autem capitis pars posticaria caluet?

Quem semel alatis praterij pedibus, Is quinquam volat, inde cito me prendere cursum

Haud liceat, simul acvertere terga viro. Hac itaque, idq; tua me finxit imagine causa,

Hospes, sculptoris ingeniosa manus: Spectandamq; domus hic prima in fronte locavit,

Scilicet ut cunctos & moneam, & doceam. Ausonius Gallus in Epigrammaticis eodem ferme argumento descripsit Occasionem, sed huic comitem fecit Metanciam, id est, Poenitentiam, mutato etiam artificis nomine. Sic ille;

Cuius opus? Phidias, qui signum Pallados, eius Quisq; Iovem fecit, tertia palma ego sum. Sum Dea, qua rara & paucis Occasio nota. Quia rotula insidias? Stare loco nequeo. Quia talaria habes? Volucris sum, Mercurius qua

Fortunare solet, trado ego cum volui. Crines tegis faciem? Cognoscei nolo. Sed heus tu,

Occipiti caluo es? Ne teneas fugiens. Qua tibi iuncta comes? Dient tibi. Dic, rogo, quae sis.

Su Dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit. Sum Dea, qua facti, no fatiq; exigo penas. Nempe ut poenitent, sic Metanca vocor. Tu modo dic quid agat tecum? Si quando volavi,

Hac manet; hanc retinent quos ego praterij. Tu quoq; dum rogitas, dum percumtando moraris,

Elapsam dices me tibi de manibus. De Occasionem hac vide que habet Politianus Miscel. cap. 49. Retulit & Gyraldus Syntagm. 1. sed Græcos imitatus Cærum vocat occasionem, genere masculino. Apud Latinos enim Occasio fingitur femina, apud Græcos puer, dictus *καρπός*. Huic Ion Chius hymnum concinnavit, fingitq; natu minimum filiorum Iouis. Et Sæctius affirmat, in Salmanticensi Bibliotheca hodie videri statuas lapideas ita affabre expressas, vt cum antiquitate possint certare;

quæ omnes typum Occasionis ostendunt. Est enim illic (ait ille) puer globo infidens, capillitio super oculos effuso, in manu habens nouaculam, cum inscriptione *καρπός*, quæ vox occasionem significat. Hunc circumstant Mercurius & Fortuna cum cornu copiar; per quæ innuitur posse Occasionem tribuere, quidquid Mercurius & Fortuna possunt. Sequitur hos vetula vultu plorabundo, quæ Metanciam, id est, Poenitentiam refert Sed nunc singula quid significant, indicandum.

LYSIPPI hoc opus est] Lysippus statuarius ex Sicyone vixit Peloponnesi, multis variisque suæ artis monumentis nobilitatus, vt Alexander veterit, ne à quoquam pingeretur, aut sculperetur, præterquam ab Apelle & Lysippo. Horat. Epist. 2.

Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem, Pingeret, aut alius Lysippo disceret ara Fortis Alexandri vultu simulantia. ---

Idem Plutarch. lib. De Alexandri fortuna. Lege Plin. cap. 7. & 8. lib. 34. Lysippi quoque mentionem facit Martialis. Ausonius huius statuar auctorem facit Phidiam.

Cuncta domans] Descriptio Occasionis. Voluit autem exprimere Græcum epitheton, *καρπός* ὁ πάνδημά τ' ὄρα Occasio rerum omnium victrix. Nam rebus permultis causam & initium dat Occasio, vt etiã que potentem è pauere faciat, ait Menander: πολλὸν ὁ καρπός γλυκεταί παρὰ πτωχόν. Multarum rerum occasio est causa. & καρπὸς τυχεῶν γὰρ πτωχὸς ἰσχυροῦ μήτ' ἔσται. Reddit potentem occasio vel pauperem. Imò πολλὸς ὁ καρπός ἐν ὄρας ἐν ὄρας ποιεῖ. Occasio facit strenuos qui non erant.

Capti temporis articulus] Momentum breue temporis, siue punctum. Prouerbiũ, Temporis punctum. Est enim occasio breuis quaedam opportunitas, quæ multum valet quid ad res conficiendas & omittendas. Occasionem innuit Terentius in sene seipsum ex-cruciantem: In tempore, inquit, ad eam veni, quod rerum omnium est primum. Et in Adelphis: Vt in ipso articulo oppressit. Capti temporis articulum (vt hic vocat Alcianas) Callistratus in Ephraibus egregie descripsit. Vide Phædrum lib. 5. Fabular.

Cur pinnis flas? cur talatia in pedibus habes? Hoc significatur, volaticam esse & volaticam fluxam occasionem, idcirco & talatia pedibus, vt Mercurio, ei tribuuntur Sæctius hoc loco; Piuma & plumam significat, & Piuma, alas

Statua τῷ καρπῷ Salmantica.

III. Lysippus.

Occasio-nis domi-nium.

Occasio quid.

Occasio volaticam.

Ausonius de Occasione.

alas, quibus inuolant pisces. Hæc autem videtur significare summitates pedum: quasi dicat, cur summitis instas digitis? Hæc ille. Ponit autem pinnis, pro pennis: vt, *Fides alma, apta pinnis.*

*Vsq[ue] rotor.* ] Sum volubilis, facillimè fluens, versatilis vt rota.

**Talaria.** *Talaria planti?* Talaria sũt calearũta alata Mercurij. Hinc prouerbialis allegoria, *Talaria induere.* pro eo, quod est, figuram adornare, & quasi velle aliquo auolare.

**Nouacula occasionis.** *In dextra est tenuis, dic, unde nouacula?* Cur nouaculum dextra ostentas: Cultor rasoris etiam acutissimum temporis momentum exprimit. Fuit etiam Fortunæ simulacrum pile insitens, cum nouacula, nauali clauo, & corne cornu. Nouacula significat feliciter amputationem,

**Fortuna simulacrum.** pile eius volubilitatem, clauus vitæ nostræ cursũ sub eius ditione, cornucopiæ bonorum largitionem.

*Acutum Omni acie &c.* ] nempe hoc signo docetur, quàm repente mutationem afferat rebus occasio: quod monosticho indicat Menander:

*τάχιστα δ' αὐτὸς μεταφέρει τὰ πράγματα.*

*Celerem me occasio permutat res.*

*Cur in fronte coma?* ] Hoc vno versiculo significauit quisquis ille fuit, qui Catonis libellum composuit:

*Fronte capillata est, post hæc occasio calua.* Vbi Sanctus Iegenium censet, *postica occasio calua.* Nam in quacũque re pars anterior dicitur antica, posterior postica nominatur. *καρπὸς* recaluaster occipio à coma libero, capillis in supercilia diffluentibus olim pingebatur; talemq; prius finxit Sicyonius ille plastes Lysippus. Quo significatur, post neglectam occasionem ea sibi non amplius licere. Hinc Ouidius 1. de remedio:

*Sed propera, nec te venturas differ in horas: Qui non est hodie, cras minus aptus eris.*

Martialis item:

*Non bene distuleris, videas qd̄ posse negari.* Vide prouerbia: *Premenda occasio, & Capere crines.* Comatam autem in fronte occasionem hic dicit, ita vt facies eius nūquã appareret; quare Græcis *εὐρησι* dicta.

*Me semel alipedem* ] Celerem & velocem, quasi alas pedibus habentem. Ausonius de arat. animal. ceruam alipedem dixit. In-

tellige hic de motu præcipiti occasionis: alioqui, quod in iure dicitur, mora modici temporis non nocet. si debitori, 21. ff. iudic. Vel quod Ouidius:

*Differ; habet parua comoda magna mora.* Sunt tamen res quedam, in quibus rapienda potiùs consilia sunt, quam quaerenda, quod dixit veterum vnus, Exempla in tumulto naufragio, incendio, in quibus mora omnis, vel minima periculosa. Et quis vnquam vidit occasionem, nisi ferè eodem momento abeuntem? Quare noster Dictator Hippocrates eam præcipitem vocat. 1. Aphoriz. 1. Hinc verbum Occare, & nomen Occa: quamquam occasio desecit: vt ex ob & casus. Luuius: Rebus in asperis & tenuibus fortissima quæq; consilia tutissima sunt: quia si in occasionis momento, cuius præteritola opportunitas, cunctatus paulùm fueris, nequicquã mox omisissam quereris.

*Tale opifex nos arte* ] Lysippus eo artificio expressam reddidit occasionem.

*Hospes* ] tu quicunq; hanc effigiem aspicias.

*Vtq; omnes moneã* ] Admonet spectatorem imago, docetque, cuius rei gratia, & propter quàm causam locata sit in loco vndiq; patenti; scilicet, vt omnes & quocunq; obuios sui negotij admoneat & doceat.

*Pergula aperta* ] Pergula à pergendo, locus est à multis lateribus aerem excipiens. Apelles in pergula post tabulas à se depictas latitare consueuerat, vt inde multorum iudicium de pictura exciperet Plinius 35. de eo sic. Perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atq; post ipsam tabulam latens, vitia, quæ notarentur, auscultabat, vulgum diligentiorẽ iudicem quàm se præferens. Lactantius 1. cap. 22. ex Lucilio:

*Pergula pictorum veri nihil, omnia ficta.* Budæus dicit pergulam esse partem domus exporrectam & propendentem. Vnde Plinius lib. 21. cap. 3. Cum rosacea corona interdiu è pergula sua in forum prospexit dictus. Iuriconsultis pergula est locus exponendis rebus verbalibus aptus. Vlpianum I. hæres de iudiciis. Interim non necimus, quid pergula in nauis, & vineis significet.

ADMONEMVR hæc iconẽ, occasionem cum sese offerat, statim esse arripendam: eius enim tanta est oportunitas, vt

Occare.

Pergula.

Occare.

Pergula.

IV.

Vis o...

stans

pl.

pleturq; ex voluptate tristitiam, ex damno lucrum, ex honesto inhonestum parturiant, & contrà: breuiterq; rerum naturam permuet. In aggrediēdo itaq; & conficiēdo negotio præcipuum habet momētum, vt non ab re veteres eam donasse diuinitate videātur. Occasionem Cicero definit libris De inuentione, partem temporis, in se habentem alicuius rei idoneā faciendi aut non faciēdi opportunitatem. Eam qui oblatam arripiunt, quiq; cūm maxime tempus postulat, aut dicunt aliquid aut faciūt, rectē illi sapere dicuntur. Quædam enim sunt eius generis, vt quæquā honesta per se & vtilia videri possunt, nisi tamē tempestiue fiant, planē vilescūt. M. Cicero 3. Antoniana Cæsaris Octauij virtutem verbis auget, quōd opportuno tempore periclitantem Remp. iuuerit. Sic enim: C. Cæsar adolescens, incredibili ac diuina quadam mēte, atq; virtute, cūm maxime furor arderet Antonij, cumq; eius à Brūdisio crudelis & pestifer reditus timeretur, nec postulantibus, nec cogitantibus, nec opinantibus quidem nobis (quia fieri posse non videbatur) firmissimum exercitum inuictō genere veteranorum militum comparauit. Idem oratione pro Pompeio, laudat eū Imperatorem, quod præter omnium spem breui tempore bellum cōtra piratas susceptū confecerit. Proh dii immortales! tantane vnus hominis incredibilis ac diuina virtus tam breui tempore lucem Reip. afferre potuit? &c. Et Aeneas Virgilianus Didonem laudat, quōd sola misēris Troianis opem tulerit, quo tempore maxime opis indigerente:

*O sola infandos Troia miserata labores,  
Quæ nos relliquias Danaū, terraq; marisq;  
Omnibus exhaustos iam casibus, omnium  
egenos*

*Vrbe, domo socias. ---*

Quantum etiam possit obseruari temporis ratio testatur Ouidius, cum ait:

*Temporibus medicina valet, data tempore  
presens,*

*Et data non apto tempore vina nocent.*

*Exempla arrepta a occasio-  
nis.*

Nec desūt veterum exempla. Gyges, occasione data, vsurpauit regnum Candaulis, & regem interfecit, qui vxorem nudam exhibuisset Occasionem stuprandæ Lucretiæ arripuit Sextus Tarquinius, quia cūm Romanis principibus Ardeā oblidentibus audisset à Collatino marito suam vxorē pu-

dicam impensē laudari. Ad Caprea paludem disceptus Romulus arrepta occasione. Et occasione Lucretiæ violatæ pulsū Tarquinij, & mutata Reip. forma. Plebis secessio in sacrum mōtem extorsit à patribus tribunos, & sic sese vindicauit à contempu patritiorum. Decem viri sublata occasione corruptæ Virginie. De excindenda Carthagine Cato consilium dedit, occasione sicuum, quas Patribus ostendit, Cæsar Gallias subegit occasione factionū inter Heduos & Sequanos Occasione mortis Cæsaris senatus auctoritatem suā amisit, & populus quasi furens ad libertatem proclamauit. Rixē implacabiles inter Octauium & Antonū, occasione vxoris Antonij, quæ soror Octauij. Quin & occasio dedit exitio Heliogabulum, Bassianum. Caligulam, Domitianum, Maximianum, Galienum. Et sexcenta occurrunt alia, quæ non nisi in maiore otio possim cumulare. Improbis enim præter occasionem nihil deesse ad malè agendum, disputat Plutarchus in opusc. Cicero pro Murena: Dies intermissus vnus, aut nox interposita sæpe turbat omnia: & parua nonnūquam commutat aura rumoris. Idem 5. Philippica: Minimis momētis maximas inclinationes temporum fieri, cūm in omni casu Reip. tum in bello. Et in 6. Dies affert & hora magnas clades. Athenagoras pro Christianis: *οὐ μὲν γὰρ τὸν αἶθρα τὸν δια λίγιστον, οἱ δὲ καίρον.* Horatius 1. Epistol. ad Bullarium:

*Tu quamcūq; Deus tibi fortunauerit horā Occasio  
Grata sume manu, nec dulcia differ in an- non negli-  
num. genda.*

Plinius lib. 1. epist. 8. Pleraq; quæ sunt agēde rei necessaria eadē perfecta, nec vtilitatem parē, nec gratiam retinent. Idem epist. 9. seq. ad finem: Tu strepitum istum, inanesq; labores, vbi primum fuerit occasio, relinque, req; studijs assero. Pulchrè Tull. ad Brutum: D. siderabam nonnullis in rebus prudentiam & celeritatem: qua si essemus vsi, iam pridem rem recuperassemus: non enim ignoras, quanta sint momenta in Repub. temporum; & quid inter sit idem illud vtrum antè, an post decernatur, suscipiatur, agatur. Omnia quæ seuerè decreta sunt hoc tumultu, si, aut quo die dixi sententiam, perfecta essent, & non ex die in diem dilata: aut quo ex tempore suscepta sunt, vt agerentur, non tardata, & prætra-

*Præfer-  
zim in re  
bellica.*

procastinata, bellum nullum haberemus. Et quamvis in omni re occasio plurimum valeat tamen in re bellica (quod vltus ipse docuit) potest id quod maximum est. Hæc enim optimus quisque imperator summo studio ac celeritate cõplecti nititur; quippe cuius natura sit, vt ardua in planum facile vertat. Sed in omni occasione capienda, inceptisque prosequendis duo seruanda potissimum sunt: alterum, quod factu opus est, maturè id vt fiat. Quid enim occasione breuius aut fugacius? Alterum, vt suo quarque res geratur ordine, quando in re, præsertim militari, nihil ipso ordine potius ac maius sit. Imò omnium rerum humanarum momenta in occasionis perceptione consistunt: Nam si per ignauiam quis fortunam paratam neglexerit, si sua culpa ab ea deseratur, nequaquam illam, sed seipsum accuset. Facit huc Valer. Max. lib. 7. cap. 2. De Scipione Africano, qui dicebat, cum hoste non aliter esse confidendum, quam aut si occasio venisset, aut necessitas incidisset: nam & prosperè gerendæ rei facultatem omittere maximam dementiae esse. Accidit enim plerumq; ei, qui occasionem negligit, id quod D. Augustinus ait, vt cum velit non possit, quia quando potuit, noluit: idco per malum velle, perdidit bonum posse. Demosthenes epistolis de concordia, eandem sententiam Atheniensibus inculcat: *Τὸν δὲ παρέντα καιρὸν ὄραν, ἰλομίνων μὴ ὑμῶν τὰ δίδοντα, ἀμὰ δόξαν καὶ σωτηρίαν καὶ ἰλευθερίαν δυναμένον κτήσασθαι, ἢ μόνον ὑμῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔλλητιν. ἄγνωσάντων δὲ ἢ παρακρουσθέντων, ἢ ἑτάδων αὐθις τὸν αὐτὸν ἀναλαβεῖν, ὡς θην χοῦναι ἡν ἱμαυ τῶ γυνάμνησός ἐχω περὶ τέτων εἰς μῖστον*

*θεῖον. id est: Cum autem videam hanc nite esse occasionem, qua si recta consilia caperitis, simul & salutem & libertatem possit comparare, non modo vobis, sed & alijs omnibus Gracis: sin erraueri is, deceptiue fueritis, non facild eandem occasionem recuperare: existimaui quam de his haberem sententiam, in medium esse proferendam. Respexit huc Pindarus Pythior. 9. ὁ δὲ καιρός, ὁμοίως πάντος ἐχρη κοροφάρ. id est: Occasio similiter totius negotij perfectione in se habet. Sic quoq; Hesiodus occasionem laudat 2. Georgic.*

*μῆτρα, οὐλᾶσσεσθαι, καιρὸς δ' ἐπὶ πάντων ἀριστον.*

Mediocris oblerua, occasio autem in omnibus optima.

Obseruato modum; nam rebus in omnibus illud

Optimū erit si quis tempus spectauerit aptū. Huc non malè quoq; quadrabunt Lucani versus ad Calphurnium Pisonem:

*Temporibus seruire decet; qui tempora certis Ponderibus pensauit, cum si bella vocabunt, M. les erit: si pax, positus toga gestiet armis. Nunc fore pacatū, bellantē castra decebunt.*

Est itaque Occasio temporis opportunitas rectè obseruata, omnia regens & gubernas, vt testatur Plutarchus in vita Nicie. Hæc oblata statim est arripēda, ne ea irrecuperab. li forte amissa, mox oscitationis & negligentie frustra nos pœniteat. Vide pro ueibium, *Nosce tempus.* & quæ Philippus Beroaldus habet in Heptalogo sapientum. Prostat item liber de Occasionis arreptæ & neglectæ commodis & inçommodis, pulcherrimis icombus ære incisus ornatus, Autore Ioanne David Societatis Iesu, quem omnino mihi vide; dum nos ad Faunum cornu inflantem properamus.

